[D]E NOVA RATIONE AUXILII NATURAE DYSTOCIAS [D]E SITU INFANTIS VITIOSO ORTAS ABSOLVENTE.

DISSERTATIO [I]NAUGURALIS GYNAECOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

[A]LMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

[I]N MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE VII. M. NOVEMBRIS A. MDCCCLXIII

H. L. Q. C.

PALAM DEFENDET

AUCTOR

AUGUSTUS REICHEL,
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

M. SORAUER, MED. ET CHIR. DD.
T. KOERNER, MED. ET CHIR. Dr.

VRATISLAVIAE.

TYPIS GRASSII, BARTHII ET SOC. (W. FRIEDRICH).

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO

J. GUIL. BETSCHLER,

ED. ET CHIR. DOCTORI, UNIV. VIADRINAE VRATISLAV. PROF. P. O. ET SCHOLAE
.INIC. GYNAEC. MODERATORI, AUGUST. BORUSSORUM REGI IN SUPREMO SILESIAE
EGIMINE RERUM MED. A CONSILIIS INTIMIS, COLLEGII SUMMI AD MED. OMNIS
.D. EXAMINANDOS DIRECTORI, AQUILAE RUBRAE EQUITI, PLURIUM LITTERARUM
SOCIETATUM SODALI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO,

EGREGIE DE SE MERITO SVMMEQUE SEMPER
VENERANDO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

ceat nobis cum auctoritate et consensu plurimorum celeberrimorum virorum, qui de arte obstetricia ipserunt, duos tantum infantis situs ad normam na- amque spectantes distinguere, id est, eiusmodi situs, quibus natura ipsa ac sola ceteris omnibus rebus ıstis sicut normali pelvis natura et bona matris va- udine nec non infantis iusta atque apta formatione rtum feliciter possit absolvere; quorum quidem si- ım unum capite praevio, alterum clunibus praeviis ıterdum vel uno vel ambobus pedibus adiectis) af- amus. Ceteri igitur omnes infantis situs innormales l praeternaturales sunt existimandi, sicuti maxime us transversus et obliquus, quorum nomen sumtum t de eo, quod infantis diameter maximus pelvis axim gulo vel recto vel obliquo secare solet. Secundum stram igitur definitionem situs praeternaturales eius- ɔdi praebere partus debent, qui natura ipsa ac sola rfici non possint; attamen experientia docet nos per ıgulos illustrissimos artis obstetriciae doctores evenire

interdum, ut natura ipsa situ infantis innormali a
neglecto aut ad integrum restituto quamquam via
ratione non usitata partum facillime perficiat du
maxime sequens modos; quorum alter positus est
versione, quae dicitur naturalis (Betschler), vel ver
spontanea, in caput, clunes, pedes instituenda; al
autem id spectat, ut partus situ infantis vitioso n
sublato eveniat, quare nomen ei est inditum evoluti
spontaneae vel partui conduplicato corpore (Betschle
cuius quidem generis partus absolvendi nos nunc sp
ciem quandam fortasse singularem sumus descriptu
Sed antequam ad ipsum propositum veniamus, de
bris, qui de hac re adhuc conscripti sunt, agamus.

PARS HISTORICA.

---

emporibus antiquissimis, quibus aut nulla omnino aut certe n magna opera navata est arti obstetriciae, quod non soa leges interdum prohibebant, quominus artem illam exerent ac perficerent, verum etiam quod exercitata est a ılieribus et insipientibus et rudibus saepissimeque ration negligentibus; nullam de hac re literam invenias. Itae recentioribus demum temporibus, quum ars illa exerıda ad virorum manus et quidem interdum celeberrimon transiret, literae ad rem nostram pertinentes existere eperunt.

Ac primus quidem vir, si nobis licet opusculum illud Ill. tschleri sequi, quo quasi fundamento prioris nostri specinis partis usi sumus, doctissimus fuit Bartholin[1]), qui de turae auxilio dystocias e situ infantis vitioso ortas absolnte scripsit haec narrans: Feminam quandam Hafniae geellos peperisse quorum prior.celeriter facillimeque esset tus, alter autem, mortuus quum esset existimatus, scapupraeviis ad extractionem per vim instituendam fuisset stinatus. Itaque extractio tentabatur; sed nullum habuit entum, quare relicta est femina, quae sequenti nocte vementissimis uteri contractionibus et secundinas et infantem ortuum sine ulla arte extulit. Dolendum est autem, quod

[1]) Thomae Bartholini histor. rarior. Cent. I. et II. Hafniae 1654, g. 146, H. XCI.

nemo accuratius partum observavit; etenim haud const utrum partus versione naturali sit effectus, an partus e nerit conduplicato corpore. Quamquam videre licet ma festissime solo naturae auxilio dystociam scapulis praev esse sublatam.

Sequitur nunc exemplum huiusmodi partus mirabile, diligentissime observatus ab Ill. Roederer[1]) sine ullo dub fuit conduplicato corpore. Narrat enim feminam rustica quae iam ter peperisset, in quarto partu expectando stat primis contractionibus uteri liquorem perdidisse amnii post que infantem omnino fuisse tranquillum partumque per quentes quatuor dies nullos fecisse progressus. Quinto aut die tandem hora post meridiem tertia cum pressione inge vehementissimas uteri contractiones exortas primum funic lum umbilicalem, tum brachium dextrum depressisse. O stetricem deinde arcessitam, quum iterum atque iterum br chium prolapsum frustra in genitalia reposuisset, quip quod a quaque singula contractione denuo detorqueret consilio mutato brachium prolapsum reliquique infantis c poris tantum attraxisse, quantum potuerit adiuta ab alte quae affuerit, femina. Sed accedentes demum validissim contractiones circa horam eiusdem diei quintam puerum ia mortuum conduplicato corpore extulisse. Caput enim an inclinatum infantis inter crura fuisse positum dorsumq primum in lucem prolatum sequentibus ceteris corporis pa tibus.

Sed partus eiusmodi mechanismum sive decursum dyst ciarum e scapulis praeviis exortarum primus Denman acc ratius observavit observatumque pronunciavit animosq collegarum et suae et posterioris aetatis ad rem nostra adduxit. Exempla igitur huc pertinentia annis 1772, 73, 7 ille vir observavit in diversisque scriptis publici iuris fec affirmans se triginta eiusmodi partus collegisse, quorum un infantem adhuc vivum protulisset. Attamen dolendum e valde, quod notae de illis partubus ipsius naturae auxili perfectis tam exiguae sunt, ut ex iis colligi omnino nequea

---

[1]) Observationum medicarum de partu laborioso decad. duae et Gottingae 1765. Obs. V, pag. 18.

modo partus ipse infantis evenerit, utraque scapularum
it pars praevia; quare observationes illae aeque ad ver-
em naturalem ac partum conduplicato corpore vel evo-
nem spontaneam sunt referendae. Verisimile est autem
tus illos commemoratos utriusque fuisse generis auxilii
rae; quamquam Ill. Denman unum idemque nomen pro-
ciavit: „Evolution spontaneous."

Brevi autem tempore post Bernstein[1]), chirurgus Vima-
sis, partum ab ipso observatum naturalique versione per-
um descripsit hoc modo: Mulier quaedam nono partu-
s, vehementi terrore quum affecta esset morte feminae
amicae, sub vespera eiusdem diei vehementissimis vexa-
ur uteri contractionibus ita, ut simul multum muci cruenti
flueret. Postero autem die prima luce obstetricem ar-
sivit, quae quidem ipsa solata est felicem et mox per-
tum fore partum promittens; idemque solatium duos etiam
s attulit, donec post meridiem alterius diei non solum
antis brachium, verum etiam totus paene funiculus umbi-
lis prolapsus est. Atque aliae etiam obstetrices arcessi-
quum frustra brachium prolapsum vel reponerent vel
gius extraherent, chirurgum illum Bernstein tertio demum
inde a partus initio auxilio vocaverunt, qui brachium
ominens resecaret. Observavit ille quidem brachium si-
trum prolapsum sinistramque scapulam in superiorem
lvis aperturam impressam nec non caput in latere matris
xtro positum. Orificium uteri satis patebat uterusque ad
rmam plane se contrahebat. Nec tamen versio instituenda
at artificialis, quum vagina iam nimia esset affecta inflam-
atione: quamquam paulo post vehementes contractiones
oriri coeperunt, quae cum matris pressione, postquam
apula parsque brachii recessit, dimidium capitis iuxta bra-
ium prolapsum in uteri orificio apparens exhiberent; ne-
e vero aut caput aut brachium in eodem loco remansit;
d durantibus contractionibus subito pedes in vagina ap-
ruerunt, quibus etiam praeviis circa horam matutinam
intam infans iam mortuus facillime prolatus est.

---

[1]) Stark's Archiv für die Geburtshilfe u. s. w. Jena 1792. 4. Bd.
St., S. 69.

Ac simile exemplum a Christophoro de Siebold[1]) nob est traditum; cui iure optimo illum quoque partum a vi excellentissimo Sachtleben[2]) observatum quamquam po matris demum mortem effectum annumerare possumus.

Quid dicam de illis partubus certissime huc referend qui accuratissime et observati et descripti sunt a viris Ill strissimis: Ficker, Vogler, Löffler, G. Rowland; Sacomb Herder, J. D. Busch; Wiedemann, Elias de Siebold, Ra Henschel; qui tamen magis pertinere videntur ad versione naturalem quam ad partum conduplicato corpore vel evol tionem spontaneam.

Sed primus de re nostra summa subtilitate ac diligent Douglassius[3]) ille vir praeclarissimus scripsit, cuius nun verba referre nobis liceat. Dicit enim Denmanum primu versionem naturalem fuisse observantem, cuius ut refuta possit arbitrium de re nostra suumque in lucem proferr demonstrare studet totum infantis corpus in pelvem mino rem posse impelli atque recipi. Neque enim corpus infa tis globose compressum plus posse spatii occupare, qua ipsius caput; pelvem igitur caput amplectentem etiam to corpori satis spatii praebere eoque plus, quod in situ cl nium ad introitum pelvis minoris brevi tempore ante partu finem magna pars alterius lateris pectoris iam sub ossis pu bis arcu promineat, quae quidem iam magna ex parte s prolata in lucem, quum clunes in pelvis cavum descendan quo fieri solere, ut nunquam totum infantis corpus uno ec demque tempore in pelvis cavo possit apparere.

Atque his expositis Douglassius ipse septem eiusmodi pa tus enumerat, quorum observatione accuratissima ac dil gentissima ad descriptionem supra allatam eiusmodi partuun sit necessitate quadam coactus, idemque animadvertit ute contractiones tunc esse vehementissimas. Quae quum it sint, nemo certe neget Douglassium in disputatione mod

---

[1]) Stark's Archiv für die Geburtshilfe u. s. w. Jena 1792. 4. Bd 3 St. S. 554.

[2]) Ibid. 1797. 6. Bd. 4 St. S. 561.

[3]) An explanation of the real process of the spontaneous evolutio of the foetus etc. by F. C. Douglass, M. D. Second edition. Dubli 1819. S. 21.

ımemorata genus quoddam naturae auxilii in situ infan- scapulis praeviis, nempe partum conduplicato corpore evolutionem spontaneam singulari modo descripsisse at- observavisse secundum naturam nec minus distinxisse uoque simili alio, sed quo ad finem pari processu.

Iam anno 1811 G. W. Stein[1]) iun. de versione a sola ue ipsa natura perfecta disputat qua possit intelligi inter tus praematuros immaturosque tot esse pedibus praeviis, ıt inter partus maturos praeviis capitibus. — Ad rem il- ı melius intelligendam ipse duos huius generis partus ımemorat. In altero quidem femina quaedam, in qua in noster quinque vel sex diebus ante partum manifestis- ıe caput praevium cognoverat, iusto tempore infantem libus praeviis peperit; alter autem immaturus caput pe- sque simul proposuit; attamen in partu magis magisque ɔgrediente caput subito pedibus recedentibus vehementi ri contractione orta in vaginam prolapsum est, quo facto tus plane secundum naturam usitata ratione evenit.

Multo autem post Stein, quum de eadem re dissereret[2]), s tantum situs infantis permutationes a natura ipsa effectas versiones naturales pertinere arbitratus est, quibus par- infantis inferiores ad exitum proferrentur partusque aut dibus praeviis aut capite perficeretur; itaque versiones turales in caput non agnoscit.

Conditiones, quae necessariae sint ad partum maturi in- ıtis efficiendum versione naturali, Stein has proponit:

1) Caput illud quidem infantis supra pelvis marginem asi punctum fixum positum esse debet, quo impeditur fa- lime, quominus descendat.

2) Truncus autem necesse est sit flexibilissimus atque mpressibilissimus, quod tum demum fieri potest, quum fans aut iam mortuus est aut nimia intestinorum compres- ɔne vehementique colli torsione durante versione naturali imam exspirat.

---

1) Dessen Annalen für die Geburtshilfe etc. 4. St. Leipzig 1811. 75.

1) Die Lehranstalt der Geburtshilfe zu Bonn etc. 1. Heft. Elber- d 1823. S. 136.

Hanc igitur sententiam Ill. Betschler totam amplectitu nisi quod versionis naturalis fines longius proponit morten que infantis rem necessariam non plane existimat.

Atque celeberrimus etiam Wigandus, quamvis nec disse tationem ullam de versione naturali reliquerit nec propri observationes tradiderit, in multis scriptis suis satis proba videtur illas infantis situs permutationes ipsas accuratissim et observasse et cognosse ipsumque rem nostram intellexis melius quam ullum aequalem ac denique in eiusmodi o servationibus novam suam rationem infantis perverten (externis manuum actionibus) fuisse positam.

Neque ignota fuit versio naturalis doctissimo viro Boër[1] qui ipsi nomen dedit evolutioni foetus spontaneae; quasqu ille conditiones ad eiusmodi partum perficiendum necess rias putat, hae sunt: Pelvis satis ampla esse debet, sit infantis non nimiae magnitudinis transversus, vesica liquor amnii iam dirupta, contractiones uteri et efficacissimae permanentes, orificium uteri totum apertum et relaxatum ceterae ad partum pertinentes matris partes omnes lubrica neque inflammatione affectae. — His autem propositis an madvertit in omnibus situ infantis transverso partubus felic bus, in quibus versio artificialis magnis tantum difficulta bus expediri possit, illud naturae auxilium tranquillissim animo esse exspectandum. Quodsi hanc sententiam mod explicatam non probandam esse arbitramur ex multis causi facillime intelligendis, tamen, quod recentiores scriptore omnino neglexerunt, praecipua laude commemoramus infan tem hoc modo natum vixisse.

Quod ad medicos anglicos attinet, Robertus Gooch[2] sententias medicorum anglicorum de versione naturali ind ab Ill. Denman usque ad ipsius tempora affert simul par tum a se observatum commemorans et arbitrans Denma primum versionem hanc observasse.

At quid de W. I. Schmitt[3]) dicam, qui in sua disputa

[1]) Dessen Natürl. Geburtshilfe etc. 3. Bd. 5. Buch. Wien 1817 8. S. 63.

[2]) Medical transactions, published by the College of Physicians i London. Vol. VII. London 1820. X. S. 230—247.

[3]) Ueber Selbstwendungen in: Rheinische Jahrbücher für Medici

ne de versione naturali scripta dubitare videtur, num na-
a capitis versionem aeque ac clunium pedumque efficere
ssit. Etenim in omnibus partubus, in quibus caput prope
erturam pelvis superiorem situm durante partu ingreditur,
igitur situs mediocriter obliquus in situm capitis usita-
n transit, non de versione naturali loquitur, verum de si-
correctione a natura ipsa perfecta. — Versiones enim
urales eos tantum partus sola atque ipsa natura perfectos
clunibus aut pedibus praeviis sequentique capite exhibet,
quibus infans ita situs sit, ut eius partus sine versione
ificiali in pedes nullo modo possit expediri, in quibusque
ad partum absolvendum situs correctio perfectaque fru-
s eiaculatio a natura sola sine ullo artis auxilio et pro-
is ac nobis ignotis legibus vel organicis vel mechanicis
iciatur. Idemque versiones naturales plerumque in situ
liquo semperque infante iam mortuo observari contendit;
i sententiae experientia repugnat nos docens versionem
turalem et in omni infantis situ et infante non mortuo,
rum vivo saepe evenire posse.

Iam ad Ill. Hayn[1]) transeamus, qui in dissertatione sua
inque distinguit versionis naturalis genera, quae tamen
stinctio sine ulla utilitate videri debet, quum eius momenta
n nisi casibus quibusdam tribuenda sint, aut ad situs in-
ntis gradatim differentes maxime pertineant; versionis
tem naturalis et partus conduplicato corpore vel evolutio-
s spontaneae nullum fecit discrimen.

Accedit etiam praeclarissimus D. W. U. Busch[2]) inter
nnes qui de versione naturali scripserunt, reputabilissimus
gravissimus auctor. Etenim in sua eximia disputatione
nnes, qui ante ipsum fuerunt auctores excellentissime su-
ravit nondum ab ullo posteriorum superatus. Distinguit
tem tria versionis naturalis genera:

---

d Chirurgie, herausgegeben von Harless. III. Bd. 1. St. Bonn 1821.
114.

[1]) Ueber die Selbstwendung. Eine physiologisch-geburtshilfl. Ab-
ndlung. Würzburg 1824.

[2]) Rust's Magazin der gesammten Heilkunde. 15. Bd. 3. Heft. Ber-
1824. — D. W. Busch: Geburtshilfliche Abhandlungen etc. Marburg
26. 8. S. 54 ff.

1) Versionem naturalem ante vesicae liquoris amnii d ruptionem factam, quae quidem sit et frequentissima et ut lissima salutarissimaque arti obstetriciae.

2) Versionem post liquoris amnii decursum, cuius etian duas eximit species:

a. Situs infantis ita tantum melior redditur, ut obliquu in perpendicularem transeat;

b. Pars praevia tota retrahitur retractaeque locum ex trema ac contraria foetus pars occupat.

3) Tertium versionis naturalis genus non tam versioni nomine potest appellari, quam partus conduplicato corpore

Affert autem Ill. Busch huius versionis generis conditio nes has: Pelvem omnino normalem, infantem maturum ne que nimium, mortuum situmque scapula praevia cum bra chio prolapso; contractiones uteri vehementissimas et expli cantes se libere atque inexpedite, ut pars praevia non re trahatur, sed magis magisque propellatur.

Sequitur, ut spectabilissimi viri Münster[1]) mentionem fa ciamus, cuius scriptum eo maiore laude commemorandum videtur, quod iure optimo nomine „Selbstwendung" (sui ipsius sc. infantis versionis) reprehenso nomen versionis na turalis, quo semper sumus usi, contra versionem artificia lem commendat; simul autem partum versione naturali per fectum anno 1823 enarrat.

Accedunt observationes factae de eadem re a viris Illu strissimis: Mende, Robert Brown, Primus, Wehn; quarum una eo magis exhibenda videtur, quod infantis situs plane fuit perversus, quum in locum capitis initio praevii primum scapula, deinde autem clunes ingressae sint.

Nec minus huc pertinere videntur scripta ac dissertatio nes virorum artis obstetriciae peritissimorum: Schreiber Basedow, Stolz, Dettmann, Scholtze, quorum ultimus ver sionem naturalem in dissertatione inaugurali descripsit se cutus omnino auctoritatem Ill. Busch.

Restat, ut commemoremus viros praeclarissimos: Richter, Mombert, Vezin, Schneider, qui omnes de re nostra diligen-

---

[1]) Magazin der ausländ. Literatur der gesammten Heilkunde etc. Hamburg, von Gerson u. Julius. 7. Bd. 1824. S. 1.

ime scripserunt. Quamvis enim multas etiam observanes ac dissertationes afferre possim et de versione natu. et de partu conduplicato corpore vel evolutione sponea usque ad recentissima tempora, tamen, ne huius distationis meae fines iustos transgrediamur, quae partem m historicam quasi praefationem praepositam habere deoat, ad ipsum propositum transeamus respicientes antea quae disputata sunt in libro illo de re nostra universa iscripto ab Ill. Betschler, cuius quidem libelli dispositio-n imprimis secuti nunc sumus acturi de parte nosologica.

De versione naturali.

Versionem naturalem nihil esse aliud facillimum inteltu est, nisi accommodatam collocationem infantis in situ ioso ad partum apparentis ita, ut artis auxilio non adoito aut capite praevio aut clunibus pedibusque praeviis stocia ab ipsa ac sola natura absolvatur. Idemque verone artificiali efficitur, quae naturam ducem secuta artis xilio partus innormales vel dystocias e situ infantis vitioso tas absolvere solet. Quamvis igitur ad situm infantis visum versio sit referenda naturalis, tamen haud raro aclere solet, ut e. c. caput secundum naturae legem praesitum ex causis quibusdam adhuc nobis plane ignotis suo ab uteri orificio se removeat locumque suum aut miribus cedat clunibus aut pedibus brevi tempore eundem cum iterum fortasse obtenturum. Attamen hoc versionis turalis genus maxime continet partus praematuros ac geinorum partus neque vero unquam secundum Ill. Betschler partu maturorum fructuum est observatum neque obserbitur.

I.

Quodsi ratione distinguere velis diversa versionis natulis genera, secundum partes infantis praevias exhibitas ec sunt afferenda:

1) Versio naturalis in caput instituta, quae tamen tum nique evenit, quum caput prope aperturam pelvis supe-

riorem situm est, ut in ossibus ilium aut pubis, cuius gene-ris sunt duae species:

a. ante vesicae liquoris amnii decursum,

b. in partu iam progresso.

2) Versio naturalis in clunes facta, quae eadem ration accidere solet, qua versio in caput.

3) Versio naturalis in pedes, quae tamen est existimand quasi species clunium praeviarum pedibus simul prolapsi

II.

Gradus autem versionis naturalis ratione habita Ill Betschlero auctore separandam existimes versionem partia lem a totali versione.

1) Ac partialem quidem eam appellamus, quum pars in fantis prope orificium uteri sita versione naturali in ipsum orificium ingredi cogitur; ut pro scapula caput, pro coxa clunes. Quamquam sunt quidam scriptores imprimisque praeclarissimus ille Schmitt, qui eiusmodi naturae auxilii nomen dederint non versioni naturali, sed situs correctioni.

2) Contra versionem totalem in eo positam esse arbitra mur, ut pro infantis aliqua parte prope orificium uteri sita alia quaedam pars extrema appareat, foetus igitur circulum aut minorem aut maiorem descripserit; quum igitur, exem plum ut afferam, pro capite prope scapulam praevenientem sito clunes aut pedes intrarunt ac non contrario. Observa tum est enim in iis partubus, in quibus versio evenit natu ralis, semper aut clunes aut pedes, nunquam autem caput in orificium uteri esse detorsum.

III.

Restat, ut Ill. Betschleri libellum secuti ex causa etiam therapeutica, ut ita dicam, distinguamus versionem natura-lem, qua

1) aut pristinus vel primarius infantis situs normalis re-stituitur, aut

2) quum hoc fieri nequit, novus ac secundarius situs in-fantis normalis, qui non minus sit aptus ad partum absol-vendum.

Quae quum ita sint, facillimum intellectu est unam huius

sionis speciem referendam esse omnino ad versionem partem, alteram ad totalem.

Sed iam satis de hac re; veniamus nunc ad causas enurandas atque inquirendas, quibus maxime situs ille intis obliquus adducitur, quarumque auctoritate Ill. Betschi imprimis uteri et situs obliquus et habitus obliquus exendus videtur. Utroque autem hoc uteri vitio a natura lato partus aut versione naturali aut evolutione spontanea absolvitur.

De infantis situs obliqui aetiologia.

Praeter illas duas causas modo supra allatas, quae tan accuratius adhuc perspiciendae sunt, etiam reliquas non noris momenti causas in medium afferre nobis liceat, um causis satis perspectis remotisque saepissime rebus eris non infaustis situm illum infantis obliquum auferre ssimus.

Frequentissima autem causa omnium infantis situum visorum ex copiosis atque singularibus Ill. Betschleri obvationibus uteri est habitus obliquus (Schiefheit), qui quim ex diverso suo loco diversas quoque habitus obliqui mas adducit. Quodsi positus est in vitio uteri organico, nquam sanandus est, in dynamico autem, id est vitiosis eri contractionibus provocatus medicamentis aptis facillime olevatur habitusque uteri normalis ad integrum restituitur. hoc igitur uteri habitu vitioso quum contractionis inter differentes, si aut gradum aut sedem respicias, vim suam n in directione axis uteri exerceant, verum in alia quadam ectione pelvis axim secante, necesse est accidat, ut intis corpus affectum illa vi devia atque aberrante contraonum non possit petere pelvis exitum ac vaginam, vem in contractionum directione vitiosarum promoveatur aebeatque situm obliquum; in quo quidem infantis cors perseverare debet necessitate quadam coactum, doc utero in integrum restituto ad revocandum normalem bitum in iis partibus vehementior quaedam actio exoria, quae adhuc inefficaces redditae eo maiore nunc vi conhuntur infantemque ab ipsis receptum in locum norma-

lem atque aptum reprimunt; quo fieri solet, ut foetus con-tractionibus vitiosis exortis in situ obliquo positus nunc qui-dem contractionibus melioribus ac repugnantibus, quin etiam contrariis in priorem situm normalem removeatur, id est ut per ipsam naturam versio eveniat infantis naturalis in caput instituta correcto uteri habitu obliquo. — Ratione autem therapeutica illam uteri vitiosam actionem tollere possumus vel venaesectionibus vel medicamentis antispasmodicis et vomitum efficientibus. Neve obliviscamur infantem contractionibus vitiosis uteri per longum tempus perdurantibus ingenti illa compressione aut infirmitate quadam aut etiam affici morte. Quodsi diversarum causarum occasione oblatarum huius uteri dysdynamiae habeamus rationem, aut ex uteri infirmitate quadam loco certo inhaerente pendentes existimandae sunt, aut per consensum quendam valetudinis alicuius organi vel systematis minus commoda excitantur, ut malo rheumatico, gastrico, plethora vel abdominali vel universali, nec minus hysteriasi ac diversis febribus.

Idemque valet ad dystociam situ infantis vitioso ortam situs uteri obliquus (Schieflage), qui vel ad utrumque axis pelvis latus vel ad partem anteriorem vergere potest, ita ut eundem situm etiam infans saepissime obtineat nec tamen debeat obtinere. Correcto igitur hoc uteri situ fieri non potest, quin etiam infantis situs melior reddatur eoque celerius, quo minus ille uteri situs obliquus est quoque facilius momentum aetiologicum potest removeri, quod quidem plerumque nisi sola sapientis naturae auxilio effici nequit. — Rationem autem, quam inire solet natura ad situm infantis reparandum, in versione partiali illa invenias, quae quum ante et post orificii uterini aperturam tum ante et post liquoris amnii decursum vim suam salutarem exercere videtur.

Veniamus nunc ad pelvem, e cuius formatione angusta vel potius partibus infanti non respondentibus haud raro situm infantis obliquum exortum esse facillimum est perspectu. Quum enim caput nimia magnitudine prohibeatur, quominus ingrediatur in pelvem contractionibus uteri non deficientibus, in hoc vel illud latus aberrans locum suum aut minori scapulae aut coxae obtinendum praebet. Quare fieri solet, u

antes hydrocephalici plerumque clunibus praeviis nascan- neque feminae angustis pelvibus saepissime situs infan- non vitiosos praebeant.

Praeter angustam autem pelvem sunt quidam auctores, i non iniuria fortasse pelvis nimiam inclinationem, pro- ntorium valde prominens, scoliosim vertebrarum lumba- m, obliquum pelvis habitum reprehendant ut causas non o suppositas situum infantis vitiosorum.

Ac revertentes iterum ad uterum praeclarissimus ille anzoni coarguit maxime uteri relaxationem gravissimum ıs obliqui momentum aliique etiam viri artis obstetriciae ritissimi nimiam liquoris amnii multitudinem. Quamquam tur negari nequit utrumque illud momentum vim aliquam ere posse in situm obliquum efficiendum, tamen quis est, in intelligat rebus ceteris aptis opportunisque caput illud idem infantis gravius necesse esse, ut facilius in pelvis erturam procumbat, quam ulla alia infantis pars?

Maioris autem momenti existimes funiculum umbilicalem nis brevem placentamque praeviam; funiculus enim um- icalis aut per se ipse brevior esse potest, aut fieri eo, od compluries foetui circumplicatur; uterque autem mul- n valet ad situs infantis vitiosos, quum corpus infantis eratur elatumque prohibeat, quominus caput demittatur orsum, quare foetus situm longitudinalem ipsi proprium re nequit. Placenta autem praevia quomodo infantis si- n commutare possit et corrumpere, facillimum est per- ectu.

Quodsi et pelvis et infantis partes inter se repugnantes, qua re iam supra disputatum est, aut haec duo momenta odo commemorata in situ infantis obliquo praevaleant, a tura videlicet ipsa ac sola nunquam situm normalem ca- e praevio restitutum iri sperandum est; quare etiam si a versio exspectanda est naturalis, vix clunes praevias erre possit.

Atque nunc versione partiali pertractata ad totalem trans- nus, quae non tam sublatis causarum momentis situm liquum ad normalem refert, verum posita in uteri irrita- itatis maiore vi neglecto infantis priore situ normali per n ac violentia quadam superata infantis resistentia eam

situs commutationem exhibet, ut alia quaedam infantis pars quae fortasse priori contraria est, aperturam pelvis versus transportetur. Est igitur haec sola ac propria versio naturalis, dum illam quidem partialem priorem tantum situm infantis normalem restituentem auctoritate Ill. Schmitt aliorumque potius situs correctionem arbitreris.

In totali autem versione solo naturae auxilio fructibus maturis perficienda necesse est adsit uteri aucta contractionum vis, quae ad hyperdynamiam referenda uteri in eo loco imprimis explicare se debet, in quo clunes sitae, quibus paulatim depressis caput facilius in uteri partem relaxatam ascendere possit. Nec minus adsit versioni naturali tota pars uteri inferior capite praevio insuperabilis; ideoque exigua tantum orificii uterini apertura, non nimia pelvis amplitudo, infantisque resistentia satis magna coniuncta cum ipsius aut normali aut simili magnitudine; remotis enim his conditionibus fieri potest, ut pro versione naturali facilius partus conduplicato corpore eveniat.

De prognosi.

Versio naturalis si qua forte acciderit in situ infantis obliquo, sive est totalis sive partialis, quo ad prognosim semper fere fausta habenda est, quippe quae vel in locum auxilii artificialis saepissime cum incommodo maiore minorev adhibendi substituatur, vel qua infantis nonnunquam vita servari possit et, quod caput existimes, femina parturiens servetur interdum ab uteri quum ruptura tum maxime gangraena mortem afferente. Quid igitur de iis viris artis obstetriciae peritis dicamus, qui auxilio parturientium arcessiti tamen versionem naturalem exspectantes ab omni se artis auxilio abstineant? Quare nos quidem aliam artis obstetriciae rationem sequentes opem inopibus feramus, quum persuasum sit nobis artis auxilio plus iam effici posse quam naturae naturamque adiuvemus pro viribus, si quando operari coeperit neque ipsa ac sola rem prospere sit gestura, ut natura cum arte coniuncta ad hominum salutem promptae et alacres inveniantur.

De partu conduplicato corpore.

Alterum naturae auxilium dystocias e situ infantis vitioso :as absolvendi, de quo iam supra scripsimus, alii partus nduplicato corpore appellaverunt nomine, alii evolutionis ontaneae. Ac nos quidem prius illud nomen amplexi sendum Ill. Betschlerum in eo rationem pariendi positam mus habituri, qua quidem natura uti solita est ad effendum foetum, quum absint conditiones vel totalis vel parlis versionis perficiendae naturalis. Partum autem ipsum ısmodi esse vides, ut infans in situ obliquo positus nec n semper scapula praevia, quo adhuc situ nullum unquam um observandum medicorum scripta exhibent, non parte qua extrema praeveniente in lucem proferatur, verum pars oposita (semper fere scapula) magis degrediatur degresmque efficacibus uteri contractionibus truncus ipse sequa-, quo fieri solet, ut partes infantis in partu normali exmae (pedes et caput) una sint positae ac subsequentes ıncum in columna vertebrarum inflexum partemque praeım efficientem. Itaque vere foetum conduplicato corpore sci quis est qui neget? At partus foetus dorso sive ad rtem posteriorem sive deorsum vergente facilius evenit, am si quando ad partem anteriorem suprave spectat. ɔmenta autem principalia ad hoc pariendi genus efficienm haec sunt:

1) Vehementes uteri contractiones in situ infantis oblio, ut resistentiam foetalem superare possint.

2) Pelvis vero nimis ampla, aut infantis corpus minus se debet orificio uteri satis aperto.

Quodsi medicorum scripta perscrutamur quam diligentisne omnes partus huc pertinentes ex scapula praevia ors invenimus excepto uno in quo partus simul capite et dibus praeviis evenit sequente trunco; porro autem infans aut praematuri erant aut alteri geminorum; nec tamen, amvis interdum essent maturi, unquam vivum observavent scriptores.

De aetiologia.

Causam primam huius pariendi generis ad uteri nimiam industriam vel hyperdynamiam referas sine iniuria aeque atque in totali naturali versione nisi quod illa toto fere utero excitari solet, haec autem in partem aliquam uteri cadit. Infans igitur, quum oblique situs undique atque aequabiliter compressus neque supra neque infra neque ad hoc illudve latus declinare possit conditionibus necessariis subiectis fieri non potest, quin conduplicato corpore proferatur. — Iam ad alteram causam, de qua supra egimus, transeamus, quae posita est in exiguo foetu magnaque pelvi, etenim pelvi iusto minore facilius versionem naturalem quam partum conduplicato corpore exspectandum esse nemo certe non intelligit; in fructibus autem maturis conduplicato corpore proferendis summae illae conditiones necesse est adsint imprimisque aucta quam maxime uteri contractionum vis.

De prognosi.

Prognosim in partu conduplicato corpore non tam faustam praedices quam in utroque versionis naturalis genere; praeterquam enim quod rarissime tantum abest, ut infans proferatur vivus una cum salva matris valetudine, ut saepissime quum infantes mortui nascantur, tum matres vel uteri ruptura vel gangraena vel inflammatione tam vehementi afficiantur, ut, si non ad mortem, at certe ad gravem morbum et magnam debilitatem possint perduci. Quare reprehendentes illam rationem exspectandi partus conduplicato corpore in situ infantis obliquo, quum versionem artificialem non iam expediri posse perspectum sit, cum omni artis auxilio adsimus ad absolvendum partum quam celerrime, sive embryotomia sive excentratio est adhibenda.

De partu a nobis observato ac novam auxilii naturae rationem docente dystociam e situ infantis obliquo ortam absolvendi.

De anamnesi.

Carolina Schoenfelder viginti tres annos nata (aus Riegiersdorf, Kreis Strehlen); nunc uxor aurigae Vratislaviensis, utitur adhuc ambobus parentibus bona valetudine fruentibus; ipsa quidem robusta constitutione ac mediocritatem superante magnitudine. Praeter enim exiguos infantum morbos nullo unquam graviori morbo laboravit; praecipue autem nec pristinae neque etiam praesentis rhachitidis ulla vestigia deprehendenda sunt. Menstruatione oppressa est undeviginti annos nata, quae quidem normali fuit et tempore et qualitate et quantitate imprimisque libera doloribus ceterisque omnibus molestiis. Quamquam anno uno praeterlapso evanuit plane ita, ut usitatis menstruationis temporibus nec cruenta nec mucosa secretione mulier uteretur; sed absente fluore albo leves tantum dolores ab osse sacro exeuntes querebatur. Durante autem illo anno puella gravi infirmitate et cibi fastidio laborabat maximeque pallebat; nec tamen ulla menstruationis absentis causa reperiri poterat. Sed anno illo praeterito et viribus et valetudine in dies aucta menstruatio omnino normalis rediit neque usque ad praesentem graviditatem deerat. Atque etiam graviditas illa prima, de qua nunc sumus disputaturi, praeter usitatas graviditatis cuiusque fere molestias nihil memorabile praebuit, nisi mense sexto mediocre oedema sinistri cruris et femoris, quod in dies paulatim augebatur, duobus autem mensibus post totum evanuit nulla remanente molestia. Reliquum igitur graviditatis tempus nihil commemorandum habuit excepta querela de urinae saepius retentione. In iusto graviditatis fine die Martis quarto anni 1863 prima incipientis partus signa adesse coeperunt; itaque exortis paucis tantum et exiguis uteri contractionibus sub meridiem eiusdem diei aquae multae secundum obstetricis feminae observationem profluxerunt. Tum absentium unam horam contractionum locum dolores haud

intolerabiles explerunt, quos tamen hora illa praeterita iterum uteri contractiones quamvis longis intervallis interpositis secutae sunt neque quantitate neque qualitate mulieris constitutioni respondentes. Sed obstetrix femina, quum explorans clunes praevias invenisset quumque contractiones magis magisque augerentur, eo maiore tranquilitate partum exspectandum esse putavit, quod pelvem satis amplam omninoque normalem cognoverat. Ac similiter partus sine ullo progressu usqe ad alterius diei horam pomeridianam secundam transiit, ubi femina parturiens vehementi horripilatione affecta est. Ex eo igitur tempore gravida infantis mortui signa sensit, quae sunt haec: grave et frigidum abdomen, vehemens in rectum compressio, relaxatio et collapsus abdomininis et mammarum, profluvium liquoris foetidi etc. — Febri etiam continua vexabatur aucta magis infirmitate ac debilitate tumuscentibusque genitalibus ita, ut propter excitatum simul dolorem exploratio paene impossibilis esset.

De statu praesenti.

Quum igitur tertio iam partus die (Veneris die, 6. Martii mensis) clinici obstetricii auxilio petito gravidae adessem, haec mihi memorabilia videbantur: Quoad valetudinem universam gravida praeter infirmitatem non nimiam atque ingentes dolores in extremitates inferiores irradiantes nihil querebatur; pulsus 120; exploratio abdominis paucum dolorem excitans; uterus umbilicum valde superans; vesica urinaria satis impleta; contractiones uteri adhuc efficaces ceterumque normales. Exploratio autem interna propter tumorem ac dolorem genitalium difficilis; vulva et vagina auctam temperaturam exhibebant. Orificium uteri totum apertum; digito exploranti praevia erat pars coxa dextra inferioresque lateris dextri costae; sinistra autem coxa, quamquam altius posita, tamen exploranda erat, ut omnino clunes digito circumscribi possent; quare egomet ipse, qui talem infantis situm nondum cognoveram, ad clunes praevias situm illum referendum esse existimabam, quamvis persuasum mihi esset satis abnormitate quadam situm hunc esse insignem. — Ceterumque magna pars infantis inferioris vel

potius totus foetus excepto capite et pedibus in pelvi minore ita erat compressus, ut, quamvis utraque etiam scapula attingi posset, mihi quidem non accideret, ut moverem, nedum exstraherem infantem praevia parte manibus tantum applicatis. Situs autem infantis ad nostram rationem, quum foetus caput in sinistro matris latere positum esset dorso in frontem vergente, coxarum praeviarum fuit secundus, mihi autem postero domum tempore perspiciendus. Quum igitur in erythrosi uterina impedimentum partus progredientis situm intellexissem, medicationem hanc praescribendam putabam: Tart. borax; et Magnes. sulph. ãa ʒß ad ℥ vj, vana enim adhuc opinione ductus illum quamvis vitiosum clunium praeviarum situm ad normam etiam restitui posse. Relictam autem gravidam hora quinta pomeridiana eiusdem diei quum visitarem expertus sum iterum horripilatione ingenti esse vexatam remotamque magnam urinae multitudinem per catheterismum. At partus quamvis nullo modo puogressus esset, tamen exspectandus mihi videbatur solo naturae auxilio, praesertim quum neque quidquam ad artis auxilium adhibendum impelleret, et uteri contractiones quantitate et qualitate etiam augerentur. Sed quum in eiusmodi rerum statu duabus horis praeterlapsis, nihil eveniret ad partum efficiendum, auxilium petii collegae mihi amicissimi, qui quidem et situm extraordinarium infantis paene dignovit et ad veritatis similitudinem eo accessit, quod situm infantis conduplicato corpore non excludebat. Quum igitur invicem nos excipientes frustra aliquamdiu conati essemus situm hunc permutare in perfectum clunium praeviarum situm manibus tantum applicatis, a nobis nulla adhuc necessitate fortius agendi coactis morteque infantis ex illis, quae supra commemoravimus, signis certe perspecta, exspectare naturae auxilium decretum est. — Sed nox tota in eodem rerum statu praeteriit. — Tunc autem gravida gravioris morbi infirmitate debilitata erat, contractiones uteri evanescebant, genitalia summae inflammationis signa praebebant; pulsus erat miser et frequentissimus, 130. Itaque naturae auxilio non iam freti, quum arte tantum infantem removendum esse arbitraremur, auxilium petii a doctissimo viro artisque obstetriciae experientissimo Dr. W. A. Freund, qui quam celer-

rime adfuit. Atque admiratione sumus affecti, quum infantem non in illo nostro situ inveniret, sed in columna vertebrarum lumbali inflexum dignosceret situmque proprie conduplicato quasi corpore, praevia autem coxa dextra parteque lateris dextri inferiore. Primarius igitur situs aut transversus secundus dorso in frontem vergente fuit aut situs clunium praeviarum vitiosus; sed alio loco de hac re disputabimus.

Quum igitur natura ipsa partum nec conduplicato corpore nec versione naturali iam potuisset absolvere condicionibus necessariis remotis, extractionem infantis artificialem necesse erat abhiberemus dimissa iterum magna urinae multitudine per catheterismum; quare unco hebete in coxa sinistra altius sita applicato extractio incepta est. Ac primum quidem coxa illa praevia dextra apparuit, deinde anus, tum coxa sinistra sequentibus pedibus, quibus explicatis reliquum infantis corpus haud difficile secutum est; pondere autem erat $6^1/_2$ ℔. ceterumque infans mortuum, omnino maturum nullaque deformitate affectum se praestitit, nisi forte afferendum putas tumorem coxae dextrae inhaerentem partuque effectum, qui colore caeruleo excellebat. Secundinarum partus etiam ipse feliciter evenit, quem tamen duo sanguinis vehementia profluvia secuta sunt excitata mulieris aegrotae motibus, quae quidem iniectionibus aqua frigidissima institutis cesserunt neque unquam redierunt.

De aetiologia.

Quodsi aetiologiae huius pariendi generis rationem habeamus, haud facile causam moventem afferre possumus; neque enim aut uteri obliquitas aut obliquus situs, quae saepissime commemorantur, aut ulla pelvis et infantis deformitas ceteraeque omnes causae ad situm infantis vitiosum referendae inveniri potuerunt. Restat igitur, ut neglectis illis causis disseramus de eo, quomodo hic situs noster exortus sit; potuit enim quum ex situ infantis transverso, tum ex situ clunium praeviarum vitioso adduci; situm autem transversum, quem nonnulli auctores omnino esse negant, et ego in situ nostro efficiendo reprehendendum esse arbitrer; neque enim unquam exploratione probatus est et, si re vera affuisset,

itum obliquum scapula praevia, ut plerumque fieri solet, raebuisset. — Atque aliter ex situ clunium praeviarum vioso derivari potest, qui facillime transit in situm unius aleriusve coxae praeviae, quum adsint et pelvis satis ampla t infans non nimia magnitudine et praecipue uteri contrationum violentia orificio uteri non eodem modo aperto; ccedit etiam sublata infantis resistentia, qua contractiones npeditae sunt, quominus in directione perpendiculari infanem propellerent, quare persuasum mihi est hunc situm notrum foetus conduplicato denique corpore ex situ clunium raeviarum vitioso potius exortum esse, quam ex situ inntis transverso. — Ac similiter quidem per analogiam conludamus licet capite a recta via declinante minorem scapuım in pelvis aperturam intrare, clunibus autem decedentius unam vel alteram coxam.

De prognosi.

Prognosim in hoc partus genere, si infantem respiciamus, emper infaustissimam esse perspeximus; excepto enim uno artu libris accuratissime pervestigatis infantes aut iam ana fuerunt mortui aut durante confecti sunt partu. In hoc utem, quem descripsimus, partu foetum ineunte demum ita decessisse iam supra demonstravimus; neque multo ustiorem prognosin ad matris valetudinem praedicandam iisse facile est intellectu. Inflammationis enim vehementismae signa iam affuisse sumus experti genitalium quidem xternorum; nec minus uteri inflammatio timenda fuit et ropter infantis mortui putrificationem et propter ipsius pars diuturnitatem infante ab utero irritabilissimo arctissime ncto. Itaque quamvis nec uteri ruptura neque horribilis angraena pertimescenda essent, tamen periculum fuit maxium, ne aut longa purulentatione inflammationem sequente res consumerentur aut etiam peritonitide orta mors subita atris accideret.

Historia morbi partum secuti.

Gravida deinde aegrotissima facta ingentem infirmitatem debilitatem querebatur statimque duas horas delirabat;

quod quidem delirium frigidissimis capitis fomentationibus mox remotum est; propter inflammationem autem genitalium emollientes iniectiones quam diligentissime adhibitae sunt. Pulsus frequentissimus (120) nunquam aberat neque dolor genitalium.

D. VIII. mens. Mart. Pulsus 120; abdomen mediocriter inflatum, molle, aliquantum dolens; nulla fere lochia; magna virium prostratio. Adhibendae sunt calidae ad abdomen fomentationes nec tamen propter ingentem infirmitatem ulla sanguinis missio. Saturatio. Kali carb. ʒj; acid. citrii ℈ij; aquae destill. ℥vj; syrup. simpl. ℥β, zweistündl. 1 Esslöffel. Sub vesperam eiusdem diei pulsus 110; abdomen minus dolens et inflatum; lochia cruenta foetido odore coniuncta; horripilatio vehemens.

D. IX. Iam hora septima matutina nova horripilatio; pulsus 120; temperatura aucta cum cute calida, sicca; lochia cruenta; sub vesperam sudor, quem denuo ingens horripilatio secuta est.

D. X. Pulsus idem, 120; magna adynamia; maior utriusque regionis inguinalis dolor; abdomen mediocriter inflatum et molle.

D. XI. Pulsus 120; cutis calida ac sicca. Dolores totum corpus pervagantes, imprimis affixi in regione ossis sacri, utraque regione inguinali et inferioribus extremitatibus; tumescentes mediocriter glandulae inguinales; magnum cibi fastidium, vehementissimus capitis dolor coniunctus cum ingenti vertigine; eadem infirmitas; horripilatio horam dimidiam perdurans. Incontinentia urinae et in tussi exorta et in corporis motibus. Magna multitudo lochiarum male olentium adiectis partibus compactis foetidisque valde. Emulsio amygdalarum.

D. XII. Idem status; sed aberat horripilatio.

D. XIII. Tumor in sinistra regione inguinali, durus tactu facillime explorabilis, dolens valde; iam est decubitus in ossis sacri regione; horripilatio; cutis sudorifera ac perspirabilis.

D. XIV. Pulsus 125. Lochia cruenta non iam male olentia; uterus symphysin valde superans, dolens; in utroque eius latere exsudati incipientis signa, quorum sinistrum

planius apparet. — Chinini praeparata, calidae fomentationes; iniectiones in vaginam, alimenta nutrientia.

D. XV—XVI. Pulsus 115; cutis calida, sed humida; tussis incipiens nec tamen suspicio aut pneumoniae aut pleuritidis.

D. XVII. Caput et vertigine et dolore liberum; linguae superficies paene pura; appetitus augetur; dolor abdominis evanescit; uterus symphysin adhuc superans; fluctuatio in tumoribus tactu non explorabilis; lochia serosa; sudor; clysma ad proferendas faeces.

D XVIII. Pulsus 110; symphysis ipsa valde dolens; somnus, sudor.

D. XIX. Vehementes abdominis dolores ita, ut ne minimum quidem tegumentum tolerari possit; magna infirmitas, pulsus 120; abdomen mediocriter inflatum.

D. XX. Pulsus 115; dolores paulatim evanuerunt. Infus. flor. arnicae cum ammon. carb. pyrol. aa ʒj ad ℥v; syrup. cort. aurant. ℥ß, zweistündl. 1 Esslöffel. Sub vesperam eximia infirmitas; dolor in toto abdomine, vehementissimus autem in symphysi et capite; nox somno carens; ingens ardor; nulla horripilatio.

D. XXI, XXII, XXIII idem status; in regione autem inguinali sinistra sonus temperatus minuitur; propter decubitum adhibetur unguentum plumbi tannicum.

D. XXIV. Vehementes abdominis dolores; tussis; somnus omnino deest.

D. XXIV—XXVIII. In regione sinistra exsudatio crescit; valetudo bona universalis augetur; dolores abdominis exigui; pulsus 110—125; decubitus minuitur; appetitus augetur. Chininum et morphium.

Atque quum per hebdomades nonnullas valetudo satis bona commutata esset cum magna infirmitate aliisque molestiis subito pleuritidem dextram accedentem querebamur; quae tamen applicatis calidis fomentationibus et adhibito nitro cum herba digitalis brevi tempore post cessit. Quamquam exsudationes in utroque uteri latere in dies auctae sunt manifestamque fluctuationem dignoscendam praebuerunt. Iam vero apparuit tumor rubens ac valde dolens in regione incisurae ischiadicae maioris, quo perrupto sponte

tanta puris multitudo profluxit, quantum ad plures libras censeas. Ac similis tumor, quum praeterlapsis iam quattuor hebdomadibus ac valetudine in dies aucta infra ligamentum Pouparti efflореret, incisione instituta non minorem puris multitudinem profudit. Nec tamen, quamvis et vires aegrotae crescerent et omnino bona valetudo magis magisque rediret, morbus radicitus exstinctus esse videbatur; etenim quattuordecim diebus vix praeteritis nova puris perforatio per laquear vaginae accessit; itaque tribus nunc aperturis exortis pus effluens vires aegrotae consumere facillime potuit. Sed adhibitis martialibus ac tonicis medicamentis neque minus splendidis alimentis aegrota mulier tribus mensibus miserrime peractis, quamvis ad integrum non omnino restituta, tamen non nisi infirmitatem quandam querebatur et suo ipsius gaudio neque minori medicorum.

Epicrisis.

Si quis igitur forte miretur, quomodo haec sit nova ratio auxilii naturae dystocias e situ infantis vitioso ortas absolvendi, libris medicorum quam diligentissime perspectis et versionis naturalis et partus conduplicato corpore vel evolutionis spontaneae saepissime mentionem factam esse videmus, nec tamen in ullo partu conduplicato corpore absoluto quisquam aliam infantis partem praeviam demonstravit nisi scapulam excepto illo partu capite pedibusque praeviis; itaque novam naturae auxilii rationem in dystociis perficiendis inventam a nobis esse ac relatam in hac dissertatione nostra arbitramur, quum de singulari quodam atque unico partu conduplicato corpore coxa praevia absoluto disputaverimus.

Restat, ut viro Ill. W. A. Freund, qui in hoc libello conscribendo et consilio et libris necessariis benigne me adiuvit, ex intimo animo gratias agam quam maximas.

VITA.

Natus sum Augustus Reichel in pago Koernitz prope oppidum Glogaviam sito in Silesia superiore die XVI. Mart. a. h. s. XXXVII, patre Frederico, matre Ioanna e gente Klose; quorum parentum patrem iam viginti quinque annos mihi ereptum morte valde doleo. Fidei addictus sum catholicae. Primis literarum elementis imbutus in schola krappiciensi adii gymnasium oppoliense adhuc florente auspiciis viri amplissimi Dr. Stinner, quod per annos octo frequentavi. Testimonio maturitatis instructus m. Octob. a. h. s. LVIII hanc almam literarum Universitatem petii et ab Ill. Haase illo tempore fasces academicos tenente in civium academicorum numerum receptus apud Ill. Stern, tum theol. cath. ordinis decanum, nomen rite professus sum. Sed duobus semestribus peractis theologiae studio relicto apud Ill. Betschler, tum gratiosi medicorum ordinis decanum, nomen dedi.

Disserentes audivi viros Illustrissimos, Celeberrimos: Barkow, Betschler, Burchard, Cohn, Elvenich, Foerster, Frankenheim, W. Freund, Goeppert, Grosser, Grube, Haeser, Heidenhain, Lebert, Lewald, Loewig, Middeldorpf, Neumann, Paul, Roemer.

In exercitationibus anatomicis et zootomicis Ill. Barkow, in clinico et policlinico medico Ill. Lebert, in clinico et policlinico chirurgico-ophthalmiatrico Ill. Middeldorpf duces mihi fuerunt benevolentissimi atque praeclarissimi.

In exercitationibus clinicis et policlinicis benignissime me adiuverunt: DDr. Dietrich, M. Freund, Caro, Reinhard, Sommerbrod, Dittmar, Ressel, Reichelt, Stark.

Quibus omnibus viris summe venerandis gratias ago quam maximas.

THESES.

1. Hominum crescente cultura etiam morbos augeri contendo.
2. Diagnosis inter varios ostiorum atque valvularum cordis morbos multum valet ad therapiam instituendam.
3. In catarrho canalis uteri cervicalis curando nec therapia localis negligenda.